Fragmentarium

Benedictio sup amore S Iohis evan'

Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me
festina Gloria patri an Iste est discipulus etc ps Deus
misereatur nri et benedicat etc an Iste est discipulus qui dignus
fuit esse inter secreta celi iste solus meruit diuina inspiracione
dicere In principio erat verbum et verbum erat aput deum et deus erat
verbum hoc erat in principio aput deum V̄ Ave Pr nr v̄ Ora
pro nobis sancte Ioh evan' r Ut digni efficiamur etc Oremus
Deus meus et pater domini mei ihesu xpi cuius verbo celi
firmati sunt cui omnia subiecta sunt cui omnis
creatura deseruit et omnis potestas subiecta est et me
tuit et expauescit cui nos te ad auxilium invocamus
cuius audito nomine serpentes conquiescunt draco fugit
silet vipera et subito illa que dicitur rana inquieta
torpescit scorpius extinguitur regulus vincitur
et spalangius nichil noxium operatur et cuncta venenata
nata et adhuc ferociora repencia et noxia animalia
te reuerentur et omnes aduerse salutis humane radices
arescunt Tu bene + dic per intercessionem beati Iohis evangelistte
hunc liquorem remoue per eum omne virus venenosum
extingwe operaciones eius mortiferas et vires quas
in se habet euacua et concede omnibus eundem haustum
potantibus oculos ut te videant et cor ut magnitudinem
tuam intelligant Qui tecum vi. Evan' In principio
erat verbum et verbum etc per qua dicitur Increatus + pater
Immensus + pater Eternus + pater Benedicio
dei + patris Et + filii Et + spiritus sancti descendat super
hunc liquorem ut sit remedium salutare cunctis credentibus
bibentibus in vitam eternam Amen

Deus qui ecclesiam tuam beati [illegible] apostoli tui et ewangeliste
[illegible] nobis [illegible] [illegible] [illegible] nobis ex eius
[illegible] [illegible] [illegible] dignanter et celestia
gaudia [illegible] [illegible] [illegible] gaudere p dnm

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3795, Cod3795_LS – Donatus, Ars minor
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-68hl/4246/43820)